

20.

21.

22.

23.

24.

25.

26.

27.

28.

29.

1701.

20. Cellarius, Christopherus : De fatis Latinae linguae. fol. 1.

Antreas, Iacobus

21. Cellarius, Christopherus : De Limbis et Tintoribus

22. Hoffmannus, Fridericus : De peregrinationibus sanctissimae causa
christiana

23. Hoffmannus, Fridericus : De Caryophyllis aromaticis

24. Hoffmannus, Fridericus : De portulis medicis iuxta systema
Sacharii historiam naturalem et medicam

25. Hoffmannus, Fridericus : Matrem optimam corporis medicinam
... exponit.

26. Lutetius, Jacobus Fridericus : De effectibus ex dominiis directo pro
fluentibus.

27. b.c. Lutetius, Jacobus Fridericus : De constitutis sponsiorum impo
nitibus. 3 foliopl.

28. " Lutetius, Jacob. Frider. : De effectibus ex dominiis utili
provenientibus

28^o Lutetius, Jacob Frider. : Colligium iuri generali. 9.3.1739

29^a. Lutetianus, Job. Pet.: De auspicio regum.

29^{b-c}. Lutetianus, Job. Pet.: De auspicio regum.

30. Schneid., Dr. Fridericus: De ordine femininarum equites,
Von Wallischen Ritter. Orden d. 2... auch brei relatione
de ordine feminarum illustris propriis

31. Schenk, Dr. Conrado: De plazis litterariorum

32. Stahl, Georg. Ernestus: Prospiccion in me, monens enoma
bras motuum rotulium palheticas, non esse tumultu-
tuos aut turbulentos

33. Stryckius, Dr. Samuel: Nc clausula salutari libellorum.

34. Strykius, Dr. Samuel: De anno coronario.

L

I

M

R

D

R. A. B. L.
Q. D. B. V.

DISSE¹⁷⁰¹RTATIO JURIDICA
DE

**COLLEGIO E-
LECTORALI,**

Quam
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIP^E AC DOMINO

**DN. FRIDERICO WIL-
HELMO,**

REGNI BORUSSICI, ELECTORATUS BRANDENB.
AC PROVINCIARUM HEREDE &c.&c.

IN ILLUSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA
P R A E S I D E

Dn. JACOBOPRUNNEMANNO

Jurium Licentiato,
D. XVI. Mart. MDCCI. H. L. Q. C.

Eruditorum disquisitioni subjicit

AUGUSTUS ADOLPHUS ERMISCH,
Brunsvicensis.

HALAE, typis CHRISTOPH. ANDR. ZEITLERI, Acad. Typogr.

DISSEE RATA TOIJURIDICA
DE
COLLEGEIO E.
LECTORALI

DN. LRICIDRICO MIL
HERMO.
RESCI SOUSCI, FERECTORATS BRANDENBUR
AC BEROLINICIA HABENDE ACCEDE
IN UNIVERSITAT ACADEMIA LUDWIGIANA
PARVASSIDE
DIAGOBOBRUNNENIANO
JUNIUM PERCEPTERIO
PER XAI. MAR. MODER. HABEG
DEPositione qUalitATe pERspicitATe
ARCHISTAS ADOLPHUS FERMICH
DUNGAICUNER
WERE, et de CHRIStOphER ANDE ZACHARIE AGAT TOTOLLA



COROLLARIA.

Quamvis eximia & eminentia jura sint, quibus frumentur Electores-Principes S. Romano-Germanici Imperii; exceptis tamen illis, quae a functione Archi-Officiorum & electionis dependent, pleraque horum Iurium merito & reliquis Principibus vindicantur, uti sunt jus armorum, foederum, legationum, gvatariarum & ceteræ Juris Gentium functiones.

II.

Non solum Legati Electorum, sed & Principum Imperii merito prætendunt præcedentiam & dignorem locum præ Legatis Belgij foederati. Hinc & Principis Neoburgici, nondum Electoratum Palatinum adepti Legatus, Bilefeldensi in congressu, acriter legatis Baravis primum locum controversum fecit.

III.

Est quidem eminentissima dignitas Cardinalium Romanæ Ecclesiæ; Verum non est tanta, ut potiorem locum Cardinales sibi vindicare possint præ Electoribus Imperii nostri, cum hi Regibus pares sint ac habeantur, & insuper provinciarum ac territoriorum Domini sint. Cardinales autem Regibus Galliæ & Hispaniæ inservire, legatorum officia in se suscipere solent, terris propriis & subditis destituti, ac annua pensione cententi esse debent, & quæ sunt reliqua, quæ pro Electoribus eorumq;

præ-

præferentia præ Cardinalibus adducit Cl. Freinshemius
peculiari Diatriba de Electorum Eminentia super Cardinales.
IV.

Ad controversias matrimoniales Principum nostrorum eo felicius componendas, haud pauci cum Dno. Schwedero in *Dissert. de Foro Person. illustr. §.43.* utile judicant, si unanimi consensu Protestantium in Germania forum matrimoniale erigeretur. Gravis vero tunc controversia oriretur, cui ex Principibus directorum in Evangelico hoc Consistorio concedendum foret? Non sine ratione vero hoc adscribi posse videtur Electori Brandenburgico, ob *ius Primatus* quod semper cohæsit Archiepiscopatui Magdeburgico. Sicut itaque Elector, ob hunc primatum, post secularisationem primum locum in Scanno Principali obtinuit præ Rege Sveciæ intuitu Archi Episcopatus Bremensis; ita si commune Judicium matrimoniale constituendum foret, ipsi intuitu hujus primatus etiam directio relinquenda esset. Primas enim Germaniæ loco Pontificis quondam fuit, nec hæc dignitas cohæsit personæ Archi-Episcopi Ponificii, sed ipsi Archi-Episcopatui. Unde adhuc in subscriptione Recessus Imperii de Anno 1654, deprehenditur: *Augustus Administrator des Primats und Erz-Stifts Magdeburg.*

Et si digneum estimatur omnino dubium Cardinisius
Romane Ecclesiæ; Aetiam non est iustus in posteriorum
notiorum Cardinals ipsi Antidictio possunt esse. Et legiores
impositi non sunt nisi in ecclesiastice personæ
Cardinalium, non in ecclesiastice personæ
legatorum, non in ecclesiastice personæ
superiorum, non in ecclesiastice personæ
priorum, & non in ecclesiastice personæ
BISHOP.



DISSESSATIO VI.

De

COLLEGIO ELECTORALI.

S U M M A R I A.

Collegium Electorale suas praerogativas debet Carolo IV. Codicitori A. Balle, elogia Electorum in hac §. 1.

Ante A. Bullam quis fuerit Status Electorum? an Origo eorum Otoni III. adscribenda? §. 2.

Conringii opinio, ad Electores devolutam esse hanc dignitatem a tempore inter regni. §. 3.

Illa sententia non est sufficiens, vera origo & antiquitas Collegii Electoralis. §. 4.

Demonstratur quod Historici communiter confuderint duplum electionem Archiofficialium & reliquorum Statuum. §. 5.

Omnes Sententia inepiae qua dicunt, vel ab Imperatore, vel a Pontifice quodam Electores constitutos, reliqui Ordines enim hoc non passuri fuissent? §. 6.

Specialis recensio Electorum, & primum Moguntini ejusque jurium. §. 7.

Hodierius Elector Trevirensis & ejus jura. §. 8.

Elector Colonensis & ejus jura. §. 9.

Rex Bohemiae quatenus ad electionem Imperatoriam concurrat. §. 10.

Electoris Bavariae jura. §. 11.

Electoris Saxoniae jura. §. 12.

Electoris Brandenburgici potentia pre reliquis, supremum Dominium in Borussiam, inde assumptus titulus & insignia Regia, decus & splendor hinc in Imperium. §. 13.

Electoris Brandenburgici Archiofficium & Insignia. §. 14.

P

Origo

Origine & incrementum hujus Serenissima Domus. §. 15.
 Votum habet V. in Collegio Principum. §. 16.
 Privilegia ejus & Expectantia in Holstiam, Mecklenburgiam, Frisiam
 Orientalem, Com. Limpurg. §. 17.
 Hodie Sereniss. ac Potentiss. Elect., felicissimum regimen per partes
 recensetur. §. 18.
 Augmentum ararii ejus & potissima Collegia Status & Justitia in
 Aula & Provincia ipsius. §. 19.
 Electoris Palatini Jura. §. 20.
 De nomine Electoratu Controversia remisive, cum res privatos circulos
 transcedat. §. 21.
 Ingressus ad generales praerogativas quibus eorum Collegium fruisur.
 §. 22.
 Protestatio, quod propterea illa recensio non fiat, ac si omnia illa pro-
 tentia jura approbentur. ibid.
 Formant peculiare & primarium Collegium, quando hoc factum sit, i.e.
 de Unione Electorali. §. 23.
 De Diaetis Electoratu Churfürsten. &c. §. 24.
 Consensus eorum circa Comitia habenda. §. 25.
 Circa negotia ardua habent ius praeconsuleandi cum Cesare. §. 26.
 Valor hujus Collegii quo adres Imperii. §. 27.
 Electorum splendor & praeminentia in actu Electione Imperatoria. §. 28.
 Singuli representant duos Assessores Camera. §. 29.
 Capitulationem Casaram baticas soli consecerunt. §. 30.
 Nulli cedunt nisi Regibus. §. 31.
 Sine ipsorum Consensu Caesar non potest regalia nova & moneta
 cedendi ius concedere alicui, nec fuder a nomine Imperii pangere.
 §. 32.
 Pro investitura nil solvunt Cancellaria. §. 33.
 Electoratus sunt indivisibilis. §. 35.
 Habent supra Officia. §. 31.
 Laet Maj. Crimen in ipsis committitur. §. 37.
 Habent ius de non Appellando. §. 38.
 Quam difficulter deponatur aut institutus novus. §. 39.

S.I. Ele-

§. I.

Electorale Collegium firmam ac stabilem dignitatem, prærogativas ac reliqua jura potissima, debet *Aurea Bulla* a Carolo IV. conditæ. Ab eo enim tempore hoc Collegium, non quam interrupta serie, gavisum est eleæcio, ne summi Capitis Imperii alisque præminentius inde fluentibus. Unde tot encomiis ornantur S.R. Imperii Electores in legibus publicis. In ipsa A. Bulla appellatur **Haupt-Säulen des Reichs**, *Proc. c. 3.* §. 4. Grundfeste und unbewegliche Säulen des H. Röm. Reichs, *A. B. art. 12.* Edle Säulen / den Heiligen Bau der fürtzichtigen Weisheit mit ensiger Güttigkeit unterhaltend *A. B. c. 3.* §. 1. Die sieben helle Leuchter des Heiligen Reichs in Heiligkeit eines siebensformigen Geistes zu erleuchten. *A. B. Procem.* Obersle Väter und Rahtgeber der Tußchen Nation, vid. *Kayserl. Proposition bey der Wahl des Röp. Königs Josephi 1690.* Plura ejusmodi elogia concessit novissime Crüger de novemvirat. *Discurs. 1. §. 1.* Existimat autem Christ. Forstnerus in *Epist. p. 200.* Blandimenta illa titulorum & alias favoris erga Electores declarationes adhiberi ab Imperatoribus, ut eo magis prompts in suis desideriis officiant exequendis. Verum de hac censura aliudicent,

§. II. Quis autem fuerit Status hujus Collegij ante conditam A. Bullam; & quando, exclusis reliquis Statibus, proprius eligendi nactum sit; ob deficiens lumen historicum definiti apodictice vix potest. Illud certum interim est, errare omnes illos Autores, quos adducit nobiliss. Dn. Thulemarius de Ottoviratu *Cap. VII. §. 8.* qui *Constitutioni expressa Ottonis III.* originem Electorum adscribunt. Nam post Ottonom III. per multa secula Principes & omnes Status concurrisse adhuc ad electiones Imperatorias, tot exemplis comprobarunt Onuphrius Panvinius de *Comitiis Imperii*, & B. Coniungius *Diss. de Septem viris*,

viris, §. 26. seqq. ut hujus rei apud peritos historiarum hujus temporis nullum amplius dubium extare possit. Friderico II. etiam multi magni nominis viri constitutionem Electorum adscribunt. Quamquam autem ex historia Germaniae constet, post ejus tempora magis magisque ad pauciores redactam esse eligendi potestatem; nihilominus huic opinioni accedere non licet, cum annales refragentur: vid. Dn. Conring. l.c. §. 30. Quæ vero Bellarminus & alii Panegyristæ Sedis Romanae adducunt, ut Pontifici Romano Constitutionem Electorum adscribere possint, hic lubens prætero, quia constat, in ipso, & similis farina scriptoribus, proram & puppim facere non veritatem nudam, sed affectus & autovitatem papalem. Hinc laudatus Conringius solide & masculine, more suo, ista dudum elidit all. l. §. 28. Neque enim fuit temere quispiam perior & magis edoctus ex historia artes Curie Romanæ Conringio, quod beati viri laudibus merito tribuimus.

§. III. Probabilior igitur Conringii sententia videatur, quod tempore *Interregni illius Germanie*, post Friderici II. mortem; cum Status Germania turbulentissimus esset, & reliqui Status vel ob socordiam, vel ob alias causas, jura sua neglexissent; sensim Officiales Principes ad se solos traxerint Electionem Imperatorian, postea A. Bulla a Carolo IV. confirmatam. Quæ sententia utut vera sit, non tamen, exhaustit totum negotium hoc arduum, & majori illustratio- ne in primis indiget.

§. IV. Igitur originem Collegii Electoralis ita placet delineare. Constat ex monumentis vertulissimis, quod ab Origine Imperii Germanici illud in *Septem Provincias seu populos divisum* fuerit. vid. supra Diff. III. §. 2. in fn. Ex hisce successu temporis quinque Duces illis præfuerunt, inter quos unus Rex esset, reliqui Officia aulica administrarunt. Conf. Dn. Coccejus *Jurispr. Publ. c. 10. u. 12. 14.* Additi hisce tres Archi-Cancellarii, ob tria distincta Regna, ex numero Episcoporum, quia horum ordo, id temporis, unice literis operam dabat. Hi Archi-officiales, cum officia aulica administraverint,

DE COLLEGIO ELECTORALI

145

verint, probabile est, in deliberationibus de negotiis gravioribus, & sic etiam electione Regis, pra reliquis Statibus prærogativa quadam illos gavisos esse. Maxime vero hæc dignitas prærogativas suas exeruisse videtur, cum tempore Friderici, illa in illustribus Domibus hereditaria evaderet. Unde porro duplex fluit electio Imperatoris. Concurrebant omnes Status & populus ad electionem cum Archi-officialibus, sed diversimode. Status habebant præ-electionem, sive, ut Albertus Stadensis ad A. 1240, fol. 215, loquitur: *prætaxationem*. Consistebat hæc in nominatione & commendatione aliquot Candidatorum. Archi-officiales autem unum ex his elegabant proprie, & huic acclamabantum ceteri. In hunc sensum intelligendi videntur Historici, qui mentionem faciunt, quod omnes Status usque ad Fridericum II. elegorint Imperatores. Rudes enim sunt omnes ob barbariem seculi illius, & qualitercumque rem delineare contenti. Post hujus mortem vero videntur reliqui & hanc prætaxationem neglexisse, sive quod pertas̄ essent motuum inde oriundorum, sive quod Officiales septem non semper eorum commendationem in electione respicerent. Inde postea electio in A. Bulla plene & unice Electoribus asserta, & huc usque conservata est.

§. V. Hanc pro genuina assertione de de Collegii Electoralis Origine nonnulli venditant. Certe clarius trahi hæc possent, nisi incidissent in illa tempora Germania, ubi superfluo, ignorantia literarum, & inde orta barbaries, omnia occupaverant. Hinc degestis majorum pauca scimus, alia præsumimus & per conjecturas defumimus ex bulbulientibus Monachis, penes quos co tempore qualis qualis cultus humaniorum litterarum & sic etiam descriptio historiarum remanserat. Conjectura igitur sunt & hæc Origine Collegii Electoralis, tales tamen, quæ ex monumentis, quæ nobis superflunt, illustrari possunt. Testimonium Alberti huic in primis faciens, supra adductum est. Adjuvavit etiam hanc Conjecturam *Speculum Saxonum* circa annum 1220. conf.

Erum, quod lib. 3. tit. 57. itidem mentionem initit duplicit electionis Principum & Archi officialium. Adducunt porro Windeck de Prince. Elec. Orig. c. 5. & Gevoldus de Septemvirat. p. 122. testimonia Welberti & Amandi cuiusdam Secretarii Friderici I. quibus corroborari potest, jam eo tempore eligisse Regem Archiofficiales. Cum autem omnium Statuum electionis mentionem faciant nonnulli Historici ad Fridericum II. usque; alii autem Officialibus electionem tribuant, non possunt alteri conciliari, quam ut dicatur, nonnullus de prima electione vel potius commendatione, alias vero de electione vera audiendos esse. Nam uti notum est, Historici eo tempore simplices & rudes rem non perspicue & clare, sed rude & superficie recensent.

§. VI. Unde, puto, apparet, non institutos esse Electores a quoquam Imperatore, aut Pontifice, sed electionem, quam olim adstantiam habuerunt, tandem plene consecutos illos esse. Illud etiam manifestum sit, nil mystici in numero septenario quasitum fuisse, seu vulgo existimatur, sed causam, cur septem fuerint, ex adductis arcessendam esse. Non temere vero hunc numerum augendum esse, facile etiam conjicere licet. Nihilominus falsus & quies Imperii svasit etiam istum numerum, licet per multa secula constanter servatum; augendi, quale exemplum in celebri Pace Westphalica contigit, ubi tranquillitati Germania consuli non potuit, nisi octavi Electoratus institutione, in gratiana Domus Palatinæ facta. Ordo vero Electorum ita placuit, ut Ecclesiasticis potior locus, intuitu faci characteris quo insigniti, tribuatur præ Secularibus, licet hi, ut & reliqui Principes ex Serenissimis Domibus, antiqua prospapia & splendore Domum, illos ut plurimum antecellant. Necesse igitur nunc erit, ut circa singula Eminentissimi & Serenissimi hujus Collegii membra paulisper subsistamus.

§. VII. Primus in hoc Collegio Electorali est ArchiEписcopus & Elector Moguntinus. Hic totius Collegii Decanus, & hinc

DE COLLEGIO ELECTORALI

167

hinc ejus potentia & autoritas in Imperio maxima. Propterea etiam in Electione Imperatoria omnes fore preminentias habet, Electores reliquias convocat tum ad hunc actum, tum ad Diatas Electorales & Collegiales. Ius jurandum reliquorum excipit, proponit, suffragia colligit, Capitulationem conficit ex plurimis votorum. Praterea est *Archicancellaria* per Germaniam, inde (1) subscribit vel subsignat ipse, vel per suum Vice-Cancellarium Decreta, (2) sigilla Imperatoria affixa, omnium actorum publicorum Archivum habet, & *expeditiones Italicas* ut & *Gallo-Belgicas* etiam per Vice Cancellarium administrat. (3) Directorium habet in Imperii Comitiis. (4) In Aula Cæsarea solus Vice-Cancellarium habet, & ipsi reliqui Ministri Cancellariae Cæsareæ non minus quam Cæsari jumento sunt obstricti. (5) solus omni tempore extra Conventus ab Imperatore literas accipit, per quas die Churfsächsische Gutachten eingeholt werden. (6) In propositione Comitali Cæsari respondet, nomine Electorum & Statuum, (7) Legati, tam exteri, quam Statuum ad Comitia, ipsi litteras credentiales offerunt. (8) Directorio Moguntino in Comitiis traduntur omnia memorialia & Acta publica &c. Hac & multa alia Jura in Imperio habet Elector Moguntinus, ex quibus priora tantum recensita sunt. Reliqua accurate, ex *Sebaldis Beneburgii*, (summi olim in Aula Moguntina Ministeri, & hinc jurium Domini sui apprime gnari) congesit *Bœclerus Notiz. Imp. Lib. VI. c. 5.* Limnæ autem *Tom. IV. in Addit. ad Jus Pabl. L. 3. c. 4.* catalogum exhibit omnium Episcoporum Sedis Moguntinæ, cum quo conjugatur Nicol. Serrarius *Com. de Reb. Mogunt. & Dn. Im-Hoff Not. Procer. Imp. lib. 2. Cap. 2.* Hodie Dominus Elector est LOTHARIUS FRANCISCUS de SCHÖNBORN, simul Episcopus Bambergensis, 695. in locum Anshelmi Friderici ab Ingelheim surrogatus, cuius Coadjutor anno 1694. exiterat.

§. VIII. Secundum ab ipso locum tenet Elector Treverensis. Est hic Cancellarius per Galliam & Regnum Arlatis. *sc. vid. Mallinkrot. de Archi-Cancell. Part. 1. membr. 3.* qui originis

ginem hujus tituli a Friderico I. arcisit. Quid autem pro-
prie per Galliam intelligatur, multos anxie inquirere vide-
as apud Limnatum ad Capit. Caroli V. p. 120. Optime hoc e-
nuclear Conringius defin. Imp. p. 57. Galliam Belgicam innui
asserens. At vero, nihil emolumenti redundant ex
hoc Archi-Cancellarii titulo in Trevirensim, ut quidem in
Moguntino ex suo Archi-Cancellarii titulo vidimus. Hic
insuper omnia negotia Gallo-belgica expedīt, quod etiam
obseruavimus jam de negotiis Italicis. Conf. Dn. Crüger
de Novemvirat. Part. Spec. membr. 2. Diff. 4. n. 3. seqv. Privilegia
hujus Electoris recenset Brovverus in doctissimo libro *Anna-
lium Trevirensium*, qui Kyriandri opus, sub eodem titulo, longe
antecellunt. Catalogum Archi-Episcoporum, tum & anti-
quitatem illius Praesulatus fusiū exponunt prater Brovve-
rūm, Dn. Thulemarius De Ostovir. Cap. XI. Dn. Spener,
Oper. Herald. lib. 1. c. 9. Hodierius Dn. Elector est JO-
HANNES HUGO Episcopus Spirensis, qui Carolo Ca-
spari von der Leyen / Avunculo suo succesit.

§. IX. Ultimus inter Ecclesiasticos Elector Coloniensis est,
Archi-Cancellarii per Italiam titulo gaudens, primo obtutu
splendido, revera inani. vid. Mallinkrot l.c. ubi de origine
pene idem quod de Trevirensi sentit. Inter ejus preroga-
tivas est ius coronandi Imperatorem, quod quatenus hodie
exerceat, supra exppositum est Diff. IV. §. 9. Reliqua ejus
privilegia refert Limnæus J. P. lib. 3. c. 6. qui & idem Cata-
logum Episcoporum omnium exhibet in *Addit. ad dict. cap.*
add. Im. Hoff Notit. Procr. Imp. lib. 2. c. 4. Hodierius Do-
minus Elector vocatur JOSEPHUS CLEMENS Princeps ex
Domo Bavaria, ex qua quippe Capitulo Coloniensi solenne
fuit jam a multo tempore Archiepiscopos petere. Idem
postea Episcopus & Princeps Leodiensis electus est. Quan-
ta vero difficultates hodierno Electori creatae ab initio
& qui praetextus funesto & injusto bello inde arcisiti sint,
notum est. Quidam enim Canonicorum postulabant Car-
dinalem Furstenbergium Wilhelmm Egonem; alii eligebant
Princi-

DE COLLEGIO ELECTORALI

109

Principem Bavariae. Illum Galliae Rex, hunc Imperator, Imperium & Curia Romana fovebant, qui & tandem super amulo suo, quamvis non sine multo sanguine, triumphavit. Argumenta quæ utraque pars pro sua causa justitia allegavit, tum & alia documenta huc pertinientia exhibet.

Dn. Effinger. *Viriar. Illustr. L. i. tit. 14. §. 5.*

§. X. Post hos Ecclesiasticos Electores sequitur Rex Bohemia, inter seculares primus. Concurrit hic semper ad electionem, & non tantum in casu discordium votorum, uti quidam erronee existimant, ac S. Rom. Imperii *Archis-Pincerna* est. vid. A. *Bulla cap. IV. §. 4.* Regem hodiernum representat ipse Invictissimus Imperator LEOPOLDUS, cum Regnum Bohemia ad Archi-Ducalem Domum Austriacam pertineat. In Electione, Moguntino rogante suffragia, tertio loco votum edit, A. B. c. IV. §. 3. locus in sessione ei competit a late dextro Regis Rom. post Moguntinum aut Colonensem. A. B. cap. 4. §. 1. & ibi *Limanus obf. 2. §. 3.* quando minister non tenetur Coronam regiam gestare. A. B. c. 4. §. 4. & c. 27. §. 5. Extra actum vero Electionis ad reliqua negotia Electorali dignitati annexa non concurrit. Dixit Electoralibus den Churfürsten-Dagii non intereat, ad confectionem Capitulationis ipsius votum non requiritur, ad Comitia non vocatur, nec ad onera Imperii contribuit. Dn. de Rhetz. *J. P. lib. i. tit. §. 3.* vid. Carpz. *de Leg. Regia Cap. V. Seß. 1. & 8. seqv.* Notabile tamen est quod tradit Autor des Discourses von heutig.n Reichs-Dage ap. Dn. Schilt. *Inst. Jur. Publ. Tom. 2. in addit.* nimirum occasione noni Electoratus Imperatorem jura illa, a quibus exclusum diximus, iterum a Collegio Electorali impetrare voluisse. Reliqua de Bohemia ex doctissimo Goldasti libro *de Regno Bohemiae* hauriri possunt.

§. XI. Excipit hunc Elector Bavaria. Quamvis vero Comes Palatinus Rheni hunc locum olim occupaverit in suo Collegio, fatis tamen temporum coactus est Bavaro illum cedere. Hinc quæ in A. *Bulla intuitu Electora-*

Q

tus

tus Comiti Palatino tribuuntur, illam *Infrumento Pacis Westphalicae art. 4. §. 3.* cum Electoratu Duci Bavariae conceduntur, ita tamen, ut linea Wilhelmina extincta, hic Electoratus ad lineam Rudolphinam, ex qua Comites Palatini ad Rhenum, redire debeat. Neque tamen propterea omnes lites inter utramque hancam sublatæ. Notæ sunt controversia de Vicariatus dignitate & alia acriter inter Bevarum & Palatinum agitata. Obscuritas & perplexa decisio inde resulst, quod ambiguous sit, an hoc vel illud jus connexum sit Palatinatu, an vero Electoratu, posterioris generis jura plene in Bavarium sunt collata alleg. *art. Instr. P.* Rationes utriusque partis ex scriptis publicis hinc & inde emissis nervose satis contraxit Dn. Pfessing, in *Vitriar. illuſtr. L. i. tit. XI. §. 5.* Reliqua vero ejus jura sunt, præter Vicariatum quem sibi contradicente Palatino adscribit & actus possessiores pro se habet, (1) Dignitas Archidapiferatus, cuius intuitu etiam prætendit esse Judex Cæsar. vid. Dn. de Rheiſ *Inſt. J. P. lib. i. tit. ii. §. 8.* Verum exercitium hujus juris hodie rarissimum, & præter denominationis nudæ dignitatem, nil amplius videtur in recessu habere, conf. illuſtr. Dn. Stryck. *Difſ. de Foro Principum & priv. communi Cap. I. n. n. (2) in ſolemnibus actibus præfert pomum imperiale. Plura recenser Dn. Thulemar. de Otovir. *Cap. 18. §. 18.* (3) peculiare votum Bavarus etiam in Comitiis habet ratione Landgraviatus Leuchtenbergici, vid. Dn. Obrecht ad *Monzamb. Exerc. 2. o. 2. §. 5.* Hodie nūs Dominus Elector est MAXIMILIANUS EMANUEL, Princeps rebus gestis contra Turcas & Gallos clarus, cui propterea Belgii Hispanici regimen concretum est.*

§. XII. Tertium locum inter Electores Seculares occupat *Elector Saxoniae*, qui est Archimareschallus Imperii *A. B. 4. §. 2.* Vi hujus dignitatis dicunt ipſi competere, ut in Campo & expeditionibus Imperii ſemper penes ipſum ſit ſumnum Imperium militare. Et forsitan exinde etiam profluuit, quod fit Patronus Buccinatorum der Trompeten/ ceu patet ex confirmatione hujus juris a Ferdinandō II. 1623. Rat. tis-

DE COLLEGIO ELECTORALI

112

tibonnae suscepta. Ceterum quod atinet ad imperium militare, hodie tempora sunt mutata, nec in novissimo bello Gallico cum ipse Elector Johannes Georgius III. glor. memor. exercitui suo præfesset, auditum est, quod vi hujus juris imperium in reliquas copias affectaverit. Porro Elector Saxonie in processionibus Imperialibus, gladium imperiale evaginatum Imperarori præfert. *A. B. c. 22. 26.* Hinc & in Insigniis suis habet gladios duos decussatim compostos. Vacante Imperio Vicarius ille est citra contradictionem in illis terris ubi olim Saxonum jus viguit, Vid. Dn. Pfeffing. *Vitriæ. illustrat. l. 1. t. 11. §. 4. seqq.* Habet privilegium *de non appellando*, non solum quo ad Electoratum, quod reliquis commune cum ipso est, sed etiam omnes diöceses Saxonicas. Durantibus Comitiis ipse, aut ejus Vice-Mareschallus Dn. Comes de Pappenheim jurisdictionem in familias Statuum exercet conf. Diff. illuſtr. Dn. Strykii *de Jure Princip. & Privat. commun.* Cap. 2. in fin. Leges sumtuarias in electionibus condit, quod exemplo Joannis Georgii II. Dn. Thulem. *de Oſtovir.* Cap. XXVI. §. 14. & Vice-Marschalli, nomine ejus, de pretiis rerum in electione Josephi Augustæ Vindelicorum Ordinationem facientis, Dn. Pfeffinger. *ib. 3. tit. 12. §. 42.* comprobant. Vindicat sibi porro Directorium in Comitiis Sede Moguntina vacante, aut legato ipsius non comparente. *Id. l. c. 1. 10. pr. 13.* Protector est Juris Saxonici, & Director Corporis Evangelicorum, quo jure an adhuc frui debeat, postquam hodiernus Elector Rex Poloniæ factus in castra Pontificiorum transiit; merito disceptari posset, ni limites privati judicij transcederet. Præterea obtinuerunt Electores Saxonia a Ferdinando III. 1638. expestantiam in Comitatum Hanoviensem, Spreng. *Lucern. Imp. p. 331.* Jäger Diff. *de Exp. Plantis.* Cap. 3. §. 15. Varia etiam iura exercet in Abbatiam Quedlinburgensem vid. *In - Noss. Nor. Proc. lib. 3. c. 29. §. 8.* quæ tamen Sereniss. Electori Brandenburgico 1698. cessa sunt, vel potius restituta, quia olim ad Episcopatum Halberstadiensem pertinuerunt. Hodiernus Dominus Elector Saxonie est *FRIDERICUS AUGUSTUS*

Q 2

TUS

TUS, Princeps rerum gestarum magnitudine & fortitudine, bellica insignis, quod & Rempubl. Polonicam haud dubie permovit, ut Corivali Gallo *Principide Carty* ipsum praesertim. Plura de Saxonia vide in *Eurpaishen Heret/*cujus.

Autor Dn. de Zech Consularii munere Dresden fungens.

S. XIII.. Post Saxonem ordo tangit *Electorum Brandenburgicum*, Principem, qui dictiorum amplitudine ac potentia omnibus suis Collegiis antescerri mereatur. Notatu enim dignum est quod tradit Europæshci Heraldi p. 34, ditiones Brandenburgicas septimam partem Germania confinare, quæ & ultra ducenta millaria in longitudinem excurrunt a finibus Belgij usque in septentrionem, annotante Monzambano *de Stat. Germ. Cap. 2. § 7. inf.* Habet præterea illud eximiū Elector Brandenburgicus pra omnibus Principibus Imperii, quod Borussiam (quæ distinctionis gratia facientur Ducalis vocata) possideat: supremo jure, nemini ibi obnoxius quam Deo, quæ potestas summa. & independens genuinus character est alias Regum. Hinc etiam intuiu Borussie, & Provinciarum inde dependentium Régium titulum, Coronam, aliaque insignia assumit applaudentibus & gratulantibus desuper omnibus fere Regibus, Rebus publicis & Principibus, quippe quos iam gratulans praverat Invictissimus Imperator LEOPOLDUS ipsum Regem salutando. In quo felix est Imperator, quod cum ipsius regimen multis laureis & victoris a Turca reportatis decoratum sit, ut ex merito *semper Auguſtus* appellari possit; tum in primis & hoc complementum felicitatis experiantur, ut ipso Imperatore & capite Imperii, Imperium novo Rege ornetur, qui quidem, quo ad Regnum Borussie, liber est & manet, nec ei innectitur, quo ad Electoratum tamen, & ceteras provincias, membrum Imperii est, & felicissimo suo regimine spem facit, decus & gloriā S. Rom. Imperii non solum validissime iuendi contra machinationes vicinorum, sed etiam illam augendi, & in maius provehendi, cuius consilia porro felicia fausta esse finat Summum Numen!!

S. XIV. Ig.

DE COLLEGIO ELECTORALI

N. 616

113

§. XIV. Igitur qua Elector consideratus, est Imperii Archi-Camerarius A. Bull. cap. 27. & in electione habet *sexum votum*, A.B. c. 4. §. 3. Insigne ipsius est sceptrum, quod & gerit in Processionibus imperialibus A. B. c. 24. 26. conspicitur hoc etiam in Insignibus Eleitoralibus, conf. Limnaeus Tom. II. ad Jus Publ. L. 5. c. 7. §. 127. In solenni curia porrigit Imperatori pellivm & mantili ipse, aut poius ejus Vice-Camerarius & sub Officialeis (quia in persona adum non comparuerunt, quod & in posterum ita observatum iri credo) qui est Princeps de Hohen-Zollern.

§. XV. Descendunt autem Marchiones Brandenburgici ex per. et usus Svevia Comitibus HohenZolleranis, de quorum origine consuli possunt Einzelius & Christ. Angelus Chron. Marchio, Leutingeus & Heinrich de relia Marchia, Reineri Reineccii Origines Brandenburgicae, Rentschius in Brandenburgischen Cedernzähpn aliisque. Ab initio hujus Domus modica potentia fuit, at sub Friderico Wilhelmo Magno, glorioissimæ memoria, multis provinciis aucta est & incrementa capit latissima. Accessi enim sub hoc Ducatus Pomeraniae Ulterioris, cuius fines a Marchia ad Vistulam usque se extendunt, & pro citiori Pomerania Sveciæ cessa in Instrumento Pacis adepta est Ducatum Magdeburgicum, Principatum Halberstdicenm, Mindensem, Camminensem, Ducatum Clivie & Comitatus Marca & Ravensberge & coniuncti jure sibi quasitum, vindicavit, una cum titulo & pretensiōe Ducatus Julia & Montium. Complementum vietricium armorum ultimoloco fuit supremum Dominium Borussiar. Quæ provincie quanta prudensia, fortitudine & felicitate acquisita sint, elegansissime proscotus est illustr. Lib. Baro a Puffendorf in Com. de Rebus gestis Friderici Wilhelmi Magni, dignus tanto Heroe incomparabili Historicus.

§. XVI. Facile inde porro pater, quanta sit autoritas hujus Principis in Imperio, quippe qui tot votis gaudet in Collegio Principum, quantis nemo alius. Primum votum edit qua Elector in suo Collegio. In Collegio Principum autem

Q. 3.

qua-

qua Dux Magdeburgicus, qua Dux Ulterioris Pomeraniae, qua Princeps Mindensis, Halberstadiensis, Camminensis V. vota habet. Qua Dux Croenae autem nullo voto gaudet, quia hic Ducatus ad Bohemiam feuda, uti tota Silesia, pertinet.

§ XVII. Gaudet præterea Serenissima Domus Brandenburgica multis specialibus Privilegiis & juribus præ reliquis. Inter quæ præcipua puto (1) quod vigore Concessioneis Friderici III. Imp. de an. 1456. habeat potestatem vetigalia imponendi & augendi in fluminibus & viis. Schepliz ad consuet. Marchie p. 4. Dn. Thulemar. de Oltovir. c. 17. §. 76. illuſtr. Dn. de Rhetz Inf. Jur. Publ. lib. 1. tit. 13. §. 4. (2) Exercet Jus Primariarum Precum in Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis suarum terrarum. Dn. Thulemar. l. c. §. 21. (3) de Feudis suis tanquam Allodio potest disponere, ex privilegio Friderici III. de an. 1476. Dn. Thulemar. l. c. §. 25. (4) Expectantiam habent concilium a Friderico III. in Ducatum Megapolitanum. Dn. Schovvart Observ. Histor. General. p. 317. (5) Expectantiam iis largitus est Carolus V. in Ducatum Holstiae. Schovvart l. c. Thulemar. l. c. Europäischer Herzog. p. 145. (6) in Friesiam Orientalem, quam concessit 1683. Imperator, qui idem moderno Serenissimo Electori indulxit jus succedendi Comitibus Limpurgensibus, stirpe masculina eorum extincta.

§ XVIII. Nomen hodierni Serenissimi ac Potentissimi Electoris exprimere superfluum est, cum Sapientissimum FRIDERICUM exteri admirantur, Imperiumq[ue] columnam salutis suspiciat, subditu vero ut indulgentissimum Patrem Patriæ certatim humillime venerentur. Ipse Princeps Statutor & fautor Musarum est, cuius rei si nulla alia testimonia adessent (adsum autem infinita) vel sola nostra FRIDERICIANA æternum testimonium perfibebit. Misericordia sua extorres ob purioriem religionem, in ipsius terris tutamen & asylum inveniunt, quilibet vero civium qui sub potentissimo sceptro Brandenburgico degit, degit vitam & beatam & tranquillam, collapsasque opes per præterita infelicia tempora Germania, & Bel-

DE COLLEGIO ELECTORALI

1148

& Bellum tricennarium restaurat, & nova vite sub fidia sibi comparare potest. Imo, quod omnium maximum est, conscientia libertate hic quilibet fruatur, ob quam tamen multa millia fidelissimorum Civium, in & extra Germaniam, tam indignis modis misere vexantur. Conf. Exc. Dn. Thomasii *Diss. de felicitate subditorum Brandenburgicorum ob emendatum Statum Politicum & Religionis.* Autem vero sic subiectorum utilitate, simul aucti, qui inde pendunt, redditus Electoratus, introducta *Aecisa*, modo tributorum, qui in eis in fortior levaminis, & divitiis sponte multa consumentibus, tantum gravis. Pertinent huc porro Commerciorum cursus florentior redditus tot *Cataractis*, quibus flumina navigabili redditus sunt. conf. Excellentiss. Dn. Joh. Sam. Strykii *Diss. de Jure Cataractarum cap. I.* item *conjunctione Spree & Oderae* 1661. Inde facilitatio operum manuariorum peregrinorum & antea magnis sumptibus ab exteris sumptorum, Einführung fremder Manufacturen per receptos profugos Gallos, Palatinos, Argentinenses &c.

§. XIX. Aerarium porro Eleitorale, in quo hodie momentum felicitatis Civitatum situm, præter adiuncta, auctum tributo *Charæ sigillata* (gestempelt Papier) nemini gravi nisi qui pruritus litigandi ardet: *Prefectoriarum locatione* (Verpachtung der Aemter); vindicatione *bonorum Damallium* in Ducatu Clivie & aliarum Provinciarum, aliisque modis innocentibus. In Aula Berolinensi tot Collegia pro salute provinciarum erecta sunt, quot nullibi fere in Germania deprehendas. *Consilium Sanctius Status*, ubi reditus pro Principis & Provinciarum Interesse cum exteris vicinisque tractantur. *Consilium intimum Justitiae*, quod circa causas Civiles versatur. *Consilium sanctius bellicum*, in quo momenta rerum Europa ab hoc dependentium ponderantur, & fundus ac nervus belli inquiritur. *Consilium secretius Camerale*, ubi reditus ex omnibus Provinciis observantur & augmento eorum studetur. Post haec sequuntur suprema Themidos sedes & Regiminum ac Dicasteriorum institutiones. Talia sunt, extra Regnum Borussia, in Marchia superium *Judicium Camera* (das Cammer-Gericht) pro Electo-

ratu;



116 DE COLLEGIO ELECTORALI

ratu, quia in Electoratu appellatio ad Judicia Imperii, sive Camerale & Aulicum Viennense, locum non habent, Regimen Cuspienense, pro media Marchia, in Ducatu Magdeburgico Hale, in Pomerania Stargardie, in Ducatu Clivienti Clivie: nec Halberstadii, Mindae, Crojne pro reliquis Principatibus.

§. XX. *Elector Palatinus ad Rhenum est Archithesautarius Imperii & ultimum locum haec tenus inter Electores occupavit, olim primus inter Seculares.* vid. *supra* §. II. Variis prærogatis gaudet, inter quas vel principia esset Vicarius dignitas, ni illa a Bavaro ipso controversa redditu fuisse, & ille in possessione esset, dum moxa Ferdinandi III. morte Diplomatica Vicarius affixit, gratulationes aliorum Principum de super accepit, & in Camera Spirens pecunia deposita mox Bavari Insignibus munita est. Ergo ad alia jura, quæ certiora videntur, & ei asserenda sunt, accedamus. Talia sunt, quod in A. B. cap. 5. §. 3. Index Imperatoris constituantur, veram hujus judicij usus hodie rarissimus est, temporibus mutatis. *Wildfangius privilegium*, sive jus homines qui persequentes Dominum non habent, sibi vindicandi, non est ex minimis, grave stamen lites de super mota Carolo Ludovico Electori, quæ in truculentum bellum etiam erupissent, nisi interventu Gallorum & Svecorum Heilbronna laudo res composita fuisse. vid. Illustr. Dn. de Retz. *Infl. J. P. lib. 2. tit. 2. §. 9.* Habet porro jus conducendi per aliquot territoria, item protector fabrorum æneorum est in partibus Rheni. Plura privilegia recenset Limnaeus *Jur. P. L. 3. c. 9; in Addit.* Hodie natus Dominus Elector JOHANNES WILHELMUS affinitatibus & necessitudine sanguinis potentissimus Europeæ Principib[us] innexus est.

§. XXI. Numero octogenario non ita pridem novus & nonus Elector additus est, dum 1692. 19. Novembr. ERNESTO AUGUSTO, solenni Investitura per lib. Bar. de Groot accepta, dignitas Electoralis collata est, & quia electores Archi-officio instructi esse debent, *Archivexilliferatus officium*

(dab)

DE COLLEGIO ELECTORALI

117

(Das Reichs-Pannier-Ampt) ipsi simul collatum dicebatur. Verum contra hæc Insignia Vexillia acerrime sese movit Domus Wurtenbergica, vid. Aut. *Deduct. Wurtenberg.* (qui creditur Dn. Kulpisius) d. 1693. & Responsones ac scripta a parte Hannoveranorum, (qua^e Dn. G. G. L. confecisse dicitur.) Cæterum totinegotio huic Electorali acriter fernet opposuerunt Principes Imperii, rem hanc contra A. Bullam & Instrumentum Pacis esse contendentes. Hinc & nuperrime solenni legatione, opem Regis Gallie tanquam Sponsoris hujus pacis (Gvaranteurs) implorarant. Sed hæchistorice recensuile sufficiat, de cetero enim nostrum non est, tantos componere motus, & limites privati officii transcendent, sponte & non iugatum velle definire controversias illujres Serenissimarum Domium, de quibus sepius, ut de actis Deorum, religiosius ac reverentius est credere, quam scire. Si vero cuiquam volupte est nosse partium momenta, qua pro iustitia causa allegant, is a deat Cassandri Thucelii *Electa Juri Publici & Hippolyti a Lapide novissima Juri PUBL.* curiosa. Nuperrime etiam quidam, assumto *Gibellini de Lindenfel's nomine*, Epist. lica Disse. tatione controversias circa nonum Electoratum, & quatenus circa illius erectionem pluralitas votorum obtineat, discussit. Legi etiam in hac controversia meretur Erörterung der Frage: Ob in dem H. B. Reich ein neuer Electorat durch die mehrere Stimmen fest gesetzt und behauptet werden möge. Item alius tr. sub tit. *die Inntadelbasse Conduite der Correspondirenden Reichs-Gürsten wegen des neuen Chur-Wesens.*

§. XXI. Hactenus specialia jura & privilegia Serenissimorum Electorum in individuo consideravimus, nunc ad illas prærogativas transeamus, quibus omnes frui cupiunt. Nonnulla enim horum iurum sunt, qua prætendunt Electores, ast quia cum deminutione fastigii & celsitudinis Principalis fere conjuncta sunt ista qua Electores sibi vindicant, hinc Principes acriter solent obnitiis nec temere exercitum talium iurium sine protestatione dimittere. Nos vero illa jura Electorum hic recensebimus, non tamen ideo, quasi indubia illa omnia esse credamus. Sedes hujus argumenti, ceu recte annotat Boëcier Not. Imp. lib. 6. c. 2. est *Aurea Bullæ*, cui legali fundamento ac

R cedunt

118 DE COLLEGIO ELECTORALI

cedunt tradita veris., Praxis & observantia Imperii. Neque hic loquimur de illis iuribus, quæ ipsis cum reliquis Statibus communia sunt, sed quæ præ his principia habent tantum eximia jura. Sequemur vero ordinem, quem nobis tradidit laudatus Boeclerus ex Schedis Bonenburgianis. Fuit enim hic Bonenburgius summus Minister in Aula Moguntini, cui propterea jura non solum Moguntini, sed & Collegarum p[er]spec[ti]vissima fuit.

§. XXIII. Sigillatum autem eximia fuit 1. quod totale & impermixtum Collegium sive corpus Imperii constituant. Quando vero caperint separata illa Collegia in Imperio formari, in obscurio est. Interim probabile fit ex adductis *supra* §. 4. vetustius institutum esse, quam ut ad tempora Friderici & Maximiliani referri debeat, ceu putat Aut. der Grund. D. des Röm. Reichs P. 2. c. 3. juxta quem dicitum 1489. in Comitiis Francfurtenisq[ue] Electores & absentium Legati, peculiare Collegium formaverunt, cum antea semper cum Principibus mixtim in Comitiis sessionem habuissent. Hinc & porro tradi Principes separationem, in Ordinar. Reichs. Deputation. Tagen invitos aspicere, & protestatos fuisse propterea in Covenientia Deputatorum Francfurtenis p. 8. quod suò loco relinquitur. Electores interim suur in possessione, hinc & in allegatis Schedis n. 9. inter prerogativas a Bonenburgio recensetur. Huic Collegio Electorali illi innixa est Unio fundamentalis quam die Churfürstliche Vers ein vocant. Vid. Goldasti Politische Reichs. Handel p. 8. Linnæus tom. V. addit. ad lib. 3. c. 2.

§. XXIV. Habent illi Electores ius quotannis & quoties volunt se congregandi. Vocantur *Dies Electorales Churfürsten-Tage*. Eleganti Dissertatione omnia eo pertinentia complexus est *Rachelius*, ex quo potiora excerpere & hic inserere, brevitatis studium, quod sequitur, non permittit.

§. XXV. Circa Comitia indicenda IV. Electores Cæsari svadent, aut disvadent. Addit Hippol. a Lapide: si Cæsar Comitia habere nolit, aut differat, Electores posse propria autoritate Comitia indicere, quod Autori suo relinquitur defendendum, ad minimum; pro ut Status rerum praesentium est, vix causum dabilem futurum existimo..

§. XXVI.

DE COLLEGIO ELECTORALI

119

§. XXVI. V. Negotiorum Imperii maximorum & salutis totius corporis concernentium preconsultationem cum Casari habent, nonnullarum etiam cum eodem definitionem.

§. XXVII. VI. Quod Otto suffragia hujus Collegii tantidem sint, quanti valeant Reliquorum Ordinum in rebus Comitrialibus.

§. XXVIII. VII. quod per A. Bullam Regibus pares judicentur Hinc in actu Electionis Imperatoris singuli Electores singulis, in eodem cum ipso Imperatore canculo, accumbunt mensis separatis fratribus. Similiter mensa mensa Imperatoris tribus (ex observantia) pedibus depresso, & Imperatricis, si adeo, uno. Sedentibz sub Uransis sive Calis Portatilibz inter se hinnel oder Baldachin vid. Relatio Coronar. Iosephi, Quiv's Electorū habet Abacum et ararium regium, super lectile aurē & argentea stratum. Legatis eorum Excellentie titulum operiendi caput, primam visitationem & reliqua more Regum, accipiunt. Lites tamen, quas desuper habent cum reliquis Statibus, recensentur in Diff. de Fure Ceremoniali circa Legatos.

§. XXIX. VIII. Habent singulijus presentandi duos Assessores in Camera Imperii, cuin alias integrī Circulū totidem tantum constituant.

§. XXX. IX. Jus Condendi Capitulationem. De qua tamen in genis ipsis controversia movetur, quam supra Diff. II. §. 8. fusiū expositūmus.

§. XXXI. X. Quod Electores in Procesibus Imperialibus nec Regibus cedant, bene vero extra illas, non autem eorum legatis, item nec Rebus publicis liberis, quales Hollandi, Veneti, Helveti, multo minus Cardinalibus, Archi-Ducibus, Magnis Ducibus aliquique, qui non sunt Reges.

§. XX X. XI. Quod Cæsarem uti eligere, ita & deponere possint. Attamen hujus juris exercitum ob mores politos seculi, rarum futurum esse existimo, & ut nunquam contingat, opto. Credo etiam reliquos Status hoc casti solitarium exercitum ius esse denegaturos. Ad minimum cautius fore, rem tam arduam omnium consensu perficere.

§. XXXIII. XII. Quod Cæsar multa non possit facere sine Consensu Electorum, quo pertinent se ad nomine Imperii, Collecta Imperio

R. 2.

Imperio

120 DE COLLEGIO ELECTORALI

Imperio injuncte jus Statu nova vestigalia concedendi, ad quod consensu Electorum non per majora, uti alias, sed viritim requiriatur, item ius iudicandi monetam alicui concedere.

§. XXXIV. XIII. Quod pro investituris & confirmationibus suorum iurium, nil solvant Cancellariæ Viennensi Imperiali.

§. XXXV. XIV. Quod Electoratus provisione legis indivisi-
fables sint, qua in re ali primogenitura aliquis mediis opus
habent, sepius non sine contradictione eorum, quorum inter-
est, instituendis.

§. XXXVI. XV. Gerunt nonnulli ipsorum Officia, realem Rei-
publ. gubernationem spectantia, Archi-Cancellaria & Vicariatus.

§. XXXVI. XVI. Adversus ipsos Crimen læsa Majestatis committit-
tur & eo casu bona ludentis, etiam extra territorium læsi, subja-
cent fisco Domini territorii, in quo sita sunt.

§. XXXVIII. XVII. Habent ius de non Appellando, vi cuius
nullus subditus terræ Electoralis potest ad Cameram aut aliud
Judicium Germaniæ provocare. Aliud vero in subditis Ducatu-
um, quibus tantum certa summa, infra quam appellatio non ad-
mittitur, obstat. Sic Sereniss. Rex Borussiæ ac Elector Bran-
denburgicus, quo ad Provincias extra Electoratum, privilegi-
um obtinuit, ut, nisi summa de quo litigetur 1500. Imperiales
transcedat, appellatio ad Cameram fructuosa sit, conf. ill. Da-
strykii Diff. de illicit. Appell. cap. 1.

§. XXXIX. XVIII. Quod difficulter deponatur, ad lo: & inserviatur
Elector. Prioris exempli triste fuit in Depositione Friderici Pa-
latinæ, quod sine convulsione & tantum non exitio totius fere
Germaniæ, vix contigit. Insuperabiles vero difficultates circa
creationem novi Electoratus usus rerū presentium toto die loqui-
tur, ut adeo quilibet periculum Imperii secum perpendens, me-
rito imploreat divinum Numen, ut omnia confilia, que in ut-
ramque partem suscipiantur, dirigat, quo in tranquillitate &
harmonia Germaniæ tandem vergant, quippe qua vasto
huic Corpori, & heu! nimium ante luxato, nil salutarius optari
potest, cum unica Ratio Statu ipsius in hoc momento sita sit.
Conservatur autem harmonia Imperii, si cuivis Collegio sua ju-
ra intacta relinquantur, & qualitas, que concordie mater
est, quantum fieri potest, observetur.

DISSE-

Halle, Diss.) 1701 (Br/R)

ULB Halle
001 513 001

3



56



K. N. 1101 19. 3

Q. D. B. V.
DISSERTATIO JURIDICA
DE
**COLLEGIO E-
LECTORALI,**

Quam
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
**DN. FRIDERICO WIL-
HELMO,**
REGNI BORUSSICI, ELECTORATUS BRANDENB.
AC PROVINCiarum HEREDE &c.&c.
IN ILLUSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA
P R A E S I D E
Dn. JACOBObRUNNEMANNO

Jurium Licentiatu,
D. XVI. Mart. MDCCI. H. L. Q. C.
Eruditorum disquisitioni subjicit
AUGUSTUS ADOLPHUS ERMISCH,
Brunsvicensis.

HALÆ, typis CHRISTOPH. ANDR. ZEITLERI, Acad. Typogr.